



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 134. Induciæ Anglos inter & Scotos prolongatæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

quoque invasionem in Germaniam mo- **Sæcul. XVI.**  
 lirerentur, hinc inferebat, quod perensis **A.C. 1525.**  
 hisce rationibus comitia convocare, per-  
 opportunum esset consilium, ut in il-  
 lis de remedio tot malis opponendo  
 deliberaretur. Ast hic Principum con-  
 ventus præfixo tempore haberi non po-  
 terat, quo circa illum ad S. Martini fe-  
 stum differre oportebat; nihilominus  
 Principum paucissimis ob rusticorum  
 seditionem Augustam confluentibus, co-  
 mitia ad primam Maji diem anni sequen-  
 tis Spiræ celebranda indicebantur.

## §. CXXXIV.

*Indicæ inter Anglos, & Scotos  
prorogatæ.*

In Scotia Angusanus Comes Regni ad-  
 ministrationem, quam sibi non nisi  
 ad quadriennium creditam habuit, a-  
 deo in rem suam vertebat, ut illam evo-  
 luto etiam hoc temporis spatio dimit-  
 tere renueret. Hujus ambitio tanto-  
 pere Argilam Comitem offendit, ut in-  
 dignatione commotus aula excederet,  
 Lenonius vero Comes, quamvis non  
 minus eidem infensus esset, inde tamen  
 non recessit. Regina æque ac Aranus  
 Comes comperto Lenonii odio cum eo  
 fœdus pangere moliuntur, eumque in-

*Hist. Eccles. Tom. XXXIV.* P p du-

**Sacul.XVI.**  
**A.C.1525**

ducunt, ut Regi inspiraret generosum  
fese e manibus Angusani Comitis eri-  
piendi desiderium, quamvis tamen is hoc  
propositum nonnisi anno sequenti effe-  
ctui dare posset.

Ceterum Scotiæ Proceres sole-  
nem in Angliam decernebant legatio-  
nem, cuius caput erat Cassilis Comes,  
qui Regis nuptias cum Maria Angliae  
Regis Filia conciliaret. Obstabant ta-  
men haud leves hinc inde difficultates,  
ob quas induciæ protrahebantur, ut Co-  
mes opportunum nancisceretur tempo-  
ris spatium, quo in Scotiam profici,.  
ibique nova mandata accipere posset.  
Nihilominus hac in re conclusum nihil;  
sat enim vero simile est, quod Henricus  
hasce filiæ suæ unicæ, Regnique Hære-  
dis nuptias cum Rege Scotiæ haud ac-  
ceptas habuerit, præsertim cum vix ul-  
lum commodum ex ejusmodi connu-  
bio perciperet, ac eo tempore nil pro-  
pius esset, quam ut foedus cum  
Gallis iniret; hinc Scotorum  
opem parum curasse  
videtur.



INDEX